BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 174
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



perfilium reuelari.

t cxx
f m cxxxiii

Et conuersus ad discipulos dixit. Beati oculi quae uident quae uos uidetis.
Non oculi scribarum & pharisaeorum qui corpus tantum dni uidere. sed illi beati oculi qui eius possunt cognoscere sacramenta. de quib: dicitur. & reuelasti ea paruulis; beati oculi paruulorum quib: & se & patrem filius reuelare dignatur.

Dico enim uobis. quod multi prophetae & reges uoluerunt
uidere quae uos uidetis et non uiderunt. et audire
quae auditis et non audierunt.

m

Abraham exultauit ut uideret diem xpi & uidit & gauisus e. Esaias quoq: & micha & multi alii p ph & ae uiderunt gloriam dni. qui & ppter ea uidentes sunt appellati. sed hi omnes alonge aspicientes & saluantes. per speculum & in aenigmate uidere. Apostoli autem in psentiarum habentes dnm conuescentesq: ei. & quaeq: uoluissent interrogando discentes. nequaquam p angelos aut uarias uisionum species opus habebant doceri. Quos uero lucas multos pph & as & reges dicit. matheus apertius p ph & as & iustos appellat. Ip sis sunt enim reges magni. qui temptationum suarum motib: non consentiendo succubere. sed regendo pcem nouerunt.

xlm
t cxxi
f m cxxiii
f m cvii

Et ecce quidam legis peritus surrexit temptans eum. et dicens. magister. quid faciendo uitam aeternam possidebo;
Legis peritus qui de uita aeterna dnm temptans interrogat. occasionem ut reor temptandi de ip sis dni sermonib: sumpsit ubi ait. gaudete aut qd nomina uestra scriptaa sunt in caelis. sed ipsa sua temptatione declarat quam uerecundi illa dni confessio. qua patri loquitur. quod abscondisti haec a sapientib: & prudentib: & reuelasti ea paruulis.

At ille dixit ad eum in lege quid scriptum est. quomodo legis.
Ille respondens dixit. Diliges dnm dm tuum ex toto corde tuo. & ex tota anima tua. & ex omnibus uiribus tuis. & ex omni mente tua. & proximum tuum sicut teipsum.
Dum legis peritus respondet. pfectum nobis saluator latet uitae caelestis ostendit. cui primo dedilectionem dei & proximi legis scripta proponens. dicit.

Recte respondisti. hoc fac & uiues.
Deinde post inducta parabolam. respondens illum fuisse pximum uulnerato. qui fecit misericordiam in illum. & adiecit. uade & tu fac similiter. id est tali misericordiae studio pximum tuum necesse habentem diligere & sustentare memento aptissime declarans solam ee dilectionem. & ipsam non uerborum ostentatam. sed operis exsecutione pbatam quae pp & uam ducat ad uitam.

t cxxii
f sot

Ille autem uolens iustificare seipsum. dixit ad ihm.
& quis e meus proximus.
Quanta inanis gloriae dementia legis peritus obuulgi fauorem captandam quo sapienter respon